

ad aquilonarem plagam pertinerent, ex quibus occupavit non paucas ex terrâ Nephtholim. Quod ubi primum comperit Baasa, intermisit opus quod aggressus fuerat, ut hostiles copias, quas Syrus invexerat, à suis finibus averteret, et re factâ rediit in Thersa Israelitici regni primam sedem. (1)

VERS. 22. — REX AUTEM ASA NUNTIUM MISIT. Cum copias ex montium angustiis abduxisset Baasa, edixit Asa subjectis sibi tribubus, ut omnes quamprimum advolarent, ut dum per hostium discessum, et temporum opportunitatem liceret, illa disjicerent, quæ Baasa pro sui regni firmamento construxerat, quod ardenti populorum studio brevi perfectum est, et omnem materiam tam cæsam, quàm brutam ad Gabaa Benjamin, et Maspha transtulit, quas è redivivâ materiâ in eundem usum extruxit, et munivit, in quem Ramah proximè ædificare tentaverat Baasa.

VERS. 23. — RELIQUA AUTEM OMNIUM SERMONUM ASA. Multa hoc loco prætermittuntur, quæ in antiquos annales Regum Juda relata fuerant, quæ tamen hoc tempore non extant, sed multa habemus ex lib. 2 Paralip. cap. 14, ubi refertur bellum feliciter gestum cum Æthiopum rege, et cap. 15, ubi se patriæ religionis studiosum ostendit; et c. 16, ubi aliqua illius errata commemorantur, quæ nos eo loco fusiùs exponemus. (1)

VERUMTAMEN TEMPORE SENECTUTIS SUÆ DOLUIT PEDES. Morbus iste lib. 2 Paralip. cap. 16, dicitur fuisse vehementissimus, qui tribus annis videtur regem alligasse lecto, nam trigesimo nono regni sui anno decubuit, et, ut paulò ante diximus, quadraginta unum regnavit annos. In eo autem graviter reprehenditur, quòd in eo, quo laboravit tamdiù, qui non aliud videtur esse quàm podagra, non tam quæsit Dominum, à quo sperari potuit et debuit corporis sanitas, quàm medicorum artem et industriam; sicut etiam, ut proximè vidimus, auxilium potius petiit à Benadad contra regem Baasa, quàm à Deo, propter quod ab Hanani propheta acerbissimam reprehensionem audivit.

VERS. 24. — ET DORMIVIT CUM PATRIBUS SUIS.

(1) VERS. 21. — ET REVERSUS EST IN THERSA. Hebræus: *Et mansit in Thersa*; intra regalem urbem suam sese clausit. Septuaginta eandem cum Vulgatâ lectionem tinentur: *Reversus est*. (Calmet.)

(2) UNIVERSÆ FORTITUDINES EIUS. Accipi potest Hebræus seu de viribus corporis, vel animi, vel regni, et copiis. De imperio et auctoritate intellexisse videntur Septuaginta. (Calmet.)

Cap. 16, lib. 2 Paralip. illius honesta tumultatio describitur, ubi conditus esse dicitur aromatibus et meretriciis unguentis, de quo postea latius, cum ad illum locum ventum fuerit. Interim vide quæ diximus in nostris Commentariis super Jeremiam, ad illud cap. 34, v. 5: *Secundum combustiones patrum suorum.*

VERS. 25. — NADAB VERÒ, FILIUS JEROBOAM, REGNAVIT SUPER ISRAEL ANNO SECUNDO ASA (1). Quia duo regna Israel et Juda vicina sunt, et ex eodem propagata semine, semperque aut amicitiae et societatis gratiâ, aut infensis animis, et hostilibus odiis, et castris congressa, ideò noster historicus utraque regna narratione consociat. Regnavit Asa, rex Juda, annos quadraginta unum. In hos verò inciderunt reges multi, qui imperium tenuerunt Israeliticum eodem tempore. Primus omnium fuit Jeroboamus, qui viginti ac duobus annis regnavit, et decessit anno primo, aut jam inchoato anno secundo Asa. Huic successit Nadab, qui anno secundo Asa in regnum successit loco parentis Jeroboami suffectus, qui non ampliùs biennio cum potestate fuit. Nam cum Gebbethon Philistinorum urbem obsideret, occisus est per insidias à Baasa, qui genus ducebat suum ex familiâ Issachar. Hic porro Baasa regnum obtinuit anno Asa tertio,

(1) *La seconde année d'Asa, roi de Juda, Nadab, fils de Jéroboam, commença à régner dans Israël. Il fit le mal devant le Seigneur, etc.* Tout le reste de ce chapitre est employé à rapporter la succession de plusieurs rois d'Israël, tous idolâtres et imitateurs de l'impunité de Jéroboam, Saint Jérôme remarque sur ce sujet et sur tout ce qui est rapporté dans la suite de cette histoire des rois d'Israël et de Juda, qu'on ne doit pas simplement regarder la lettre qui nous représente une multitude de méchants princes, et très-peu de bons, puisque, comme il dit fort bien, si l'on s'arrête à la seule histoire, il ne paraît que de la simplicité dans les paroles; mais que si l'on cherche dans cette simplicité apparente le sens spirituel qui est caché sous la lettre, on y pourra remarquer le petit nombre de ceux dont l'Eglise est composée, et les guerres différentes que lui suscitent ses ennemis. Regum tertius et quartus liber regnum Juda et regnum describit Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt; si in litteris sensum latentem inspicieris, Ecclesiam paucitas et hæreticorum contra Ecclesiam bella narrantur. L'idée seule que ce saint nous donne sur cette histoire peut servir à ceux qui s'appliquent à la méditation des Ecritures, pour les porter à ne passer pas légèrement ce qui regarde tous ces princes, mais à y chercher ce qui peut nourrir leur piété et les affermir dans l'unité de cette Eglise, dont le petit nombre ne doit point les affaiblir, non plus que la multitude de ses ennemis les étonner. (Sacy.)

produxitque ad annum illius 26, cum annos regnaret viginti quatuor. Eodem anno, quo decessit Baasa, successit ejus loco filius Ela duobus annis, ad annum videlicet Asa vigesimum septimum. Ex hoc tempore ad finem usque vitæ Asa fuerunt duo alii reges Israel Zambri, et Amri, et Achab, de quibus postea. Quare in regnum Asa super Judam sex incurserunt reges Israel, de quibus postea nobis pluribus necessariò agendum est.

VERS. 26. — ET FECIT QUOD MALUM EST IN CONSPPECTU DOMINI. Dum patris potius exemplar, quàm divinam legem intuetur Nadab, et ipse scleratus fuit, et quod sclerati solent reges, aliis de populo ad peccandum facultatem fecit, et aluit audaciam. Quare non diù vixit: nam Baasa, ut diximus, in obsidione Gebbethon illum per insidias occidit. (1)

VERS. 29. — CUMQUE REGNASSET, PERCUSSIT

(1) VERS. 27. — GEBBETHON, urbs Danitica, quam Philisthæi occupabant, non unam à regibus Israelis obsidionem sustinuit.

VERS. 28. — ANNO TERTIO ASA REGIS JUDA, REGNAVIT BAASA, anno mundi 3051. Adversus hanc

CAPUT XVI.

1. Factus est autem sermo Domini ad Jehu filium Hanani contra Baasa, dicens:

2. Pro eo quòd exaltavi te de pulvere, et posui te ducem super populum meum Israel, tu autem ambulasti in viâ Jero-boam, et peccare fecisti populum meum Israel, ut me irritares in peccatis eorum,

3. Ecce ego demetam posteriora Baasa et posteriora domus ejus, et faciam domum tuam sicut domum Jero-boam filii Nabath.

4. Qui mortuus fuerit de Baasa in civitate, comedent eum canes, et qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cœli.

5. Reliqua autem sermonum Baasa, et quæcumque fecit et prælia ejus, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel?

6. Dormivit ergo Baasa cum patribus suis, sepultusque est in Thersa. Et regnavit Ela filius ejus pro eo.

7. Cum autem in manu Jehu filii Hanani, prophetæ, verbum Domini factum esset contra Baasa et contra domum ejus, et contra omne malum quod fecerat coram Domino ad irritandum eum in ope-

OMNEM DOMUM JEROBOAM. Implevit Baasa quod Dominus per Ahiam Silonitem Jero-boamo et illius uxori minatus fuerat cap. 14, v. 10. Nempe clausum, et novissimum ex domo Jero-boami esse perituros, neque ulla ex tantâ familiâ futuras esse reliquias. Quæ reliqua sunt hujus capituli paulò à nobis ante explicata sunt: quomodò videlicet bellum gesserit Baasa contra Asa, illudque cœpisse anno Asa 36. Hic additur ad extremum Baasa eundem tenuisse vitæ modum, quem olim Jero-boam, præbuisseque populo, dum ipse à lege procul aberrat, peccandi licentiam et audaciam.

epocham aliquid objicitur; nimirum quòd in Paralipomenis legitur, Baasam manum admo-visse ædificandæ Ramæ anno trigesimo sexto Asæ. Cohærere id autem non potest cum iis quæ hic, v. 33, narrantur, Baasam scilicet nonnisi annis quatuor et viginti regnasse. Qui enim Baasa regno nonnisi quatuor et viginti annorum gesto, rerumque potius anno Asæ tertio, hæc moliri potuit in Asam anno regni ipsius sexto et trigesimo? Hanc objectionem solvimus supra, versu 17, docentes annum hunc sextum et trigesimum Asæ repetendum esse à schismate decem tribuum. (Calmet.)

CHAPITRE XVI.

1. Or, le Seigneur adressa la parole à Jéhu, fils d'Hanani, contre Baasa, disant:

2. Je vous ai élevé de la poussière, et je vous ai établi chef sur mon peuple d'Israël, et vous avez marché dans la voie de Jéroboam, et vous avez fait pécher mon peuple d'Israël, pour m'irriter par leurs péchés:

3. C'est pourquoi je retrancherai de dessus la terre la postérité de Baasa et la postérité de sa maison, et je ferai éprouver à votre maison les malheurs de la maison de Jéroboam, fils de Nabath.

4. Celui de la race de Baasa qui mourra dans la ville, sera mangé par les chiens, et celui qui mourra à la campagne, sera mangé par les oiseaux du ciel.

5. Le reste des actions de Baasa, et tout ce qu'il a fait, et ses combats, tout cela est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

6. Baasa s'endormit donc avec ses pères; il fut enseveli à Thersa, et Ela, son fils, régna en sa place.

7. Mais le prophète Jéhu, fils d'Hanani, ayant déclaré à Baasa ce que le Seigneur avait prononcé contre lui et contre sa maison à cause de tout le mal qu'il avait fait aux yeux du Seigneur pour l'irriter par les œuvres de ses mains, et que le Seigneur traiterait sa maison

ribus manuum suarum, ut fieret sicut domus Jeroboam, ob hanc causam occidit eum, hoc est, Jehu filium Hanani, prophetam.

8. Anno vigesimo sexto Asa, regis Juda, regnavit Ela filius Baasa super Israel, in Thersa, duobus annis.

9. Et rebellavit contra eum servus suus Zambri, dux mediæ partis equitum. Erat autem Ela in Thersa bibens et temulentus in domo Arsa, præfecti Thersa;

10. Irruens ergo Zambri percussit et occidit eum anno vigesimo septimo Asa, regis Juda, et regnavit pro eo.

11. Cumque regnasset et sedisset super solium ejus, percussit omnem domum Baasa, et non dereliquit ex eâ mingentem ad parietem, et propinquos et amicos ejus.

12. Delevitque Zambri omnem domum Baasa, juxta verbum Domini quod locutus fuerat ad Baasa in manu Jehu prophetæ,

13. Propter universa peccata Baasa et peccata Ela filii ejus, qui peccaverunt et peccare fecerunt Israel, provocantes Dominum Deum Israel in vanitatibus suis.

14. Reliqua autem sermonum Ela et omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel?

15. Anno vigesimo septimo Asa, regis Juda, regnavit Zambri septem diebus in Thersa. Porrò exercitus obsidebat Gebbethon, urbem Philistinorum.

16. Cumque audisset rebellasse Zambri et occidisse regem, fecit sibi regem omnis Israel Amri, qui erat princeps militiæ super Israel in die illâ in castris.

17. Ascendit ergo Amri et omnis Israel cum eo de Gebbethon, et obsidebant Thersa.

18. Videns autem Zambri quòd expugnanda esset civitas, ingressus est palatium, et succendit se cum domo regiâ, et mortuus est.

19. In peccatis suis quæ peccaverat, faciens malum coram Domino, et ambulans in viâ Jeroboam et in peccato ejus quo fecit peccare Israel.

20. Reliqua autem sermonum Zambri

comme celle de Jéroboam, Baasa, en étant irrité, ordonna qu'on le fit mourir.

8. La vingt-sixième année d'Asa, roi de Juda, Ela, fils de Baasa, régna sur Israël, à Thersa, durant deux ans.

9. Et Zambri, son serviteur, qui commandait la moitié de sa cavalerie, se révolta contre lui pendant qu'il buvait à Thersa, et qu'il était ivre dans la maison d'Arsa, gouverneur de Thersa.

10. Zambri donc, se jetant sur lui tout d'un coup, le frappa et le tua, la vingt-septième année du règne d'Asa, roi de Juda, et il régna en sa place.

11. Lorsqu'il fut établi roi, et qu'il fut assis sur son trône, il extermina toute la maison de Baasa, sans en laisser aucun reste, et sans épargner aucun de ses proches ou de ses amis.

12. Zambri détruisit ainsi toute la maison de Baasa, selon la parole que le Seigneur avait fait dire à Baasa par le prophète Jehu,

13. A cause de tous les péchés de Baasa et de son fils Ela, qui avaient péché et fait pécher Israël, en irritant le Seigneur, Dieu d'Israël, par leurs vanités et leurs mensonges.

14. Le reste des actions d'Ela, et tout ce qu'il fit, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

15. La vingt-septième année d'Asa, roi de Juda, Zambri régna à Thersa, pendant sept jours. Or, l'armée d'Israël, qui assiégeait alors Gebbethon, ville des Philistins,

16. Ayant appris que Zambri s'était révolté et avait tué le roi, tout Israël établit roi Amri, général de l'armée d'Israël, qui était alors dans le camp.

17. Amri, quittant donc Gebbethon, marcha avec l'armée d'Israël, et vint assiéger Thersa.

18. Zambri, voyant que la ville allait être prise, entra dans le palais, et se brûla avec la maison royale, et mourut.

19. Dans les péchés qu'il avait commis, en faisant le mal devant le Seigneur, et marchant dans la voie de Jéroboam et dans le péché par lequel il avait fait pécher Israël.

20. Le reste des actions de Zambri, de sa

et insidiarum ejus et tyrannidis, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel?

21. Tunc divisus est populus Israel in duas partes: mediâ pars populi sequebatur Thebni filium Gineth, ut constitueret eum regem, et mediâ pars Amri.

22. Prævaluit autem populus qui erat cum Amri populo qui sequebatur Thebni filium Gineth; mortuusque est Thebni, et regnavit Amri.

23. Anno trigesimo primo Asa, regis Juda, regnavit Amri super Israel, duodecim annis; in Thersa regnavit sex annis.

24. Emitque montem Samariæ à Somer duobus talentis argenti; et ædificavit eum, et vocavit nomen civitatis quam extruxerat, nomine Semer, domini montis, Samariam.

25. Fecit autem Amri malum in conspectu Domini, et operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eum;

26. Ambulavitque in omni viâ Jeroboam filii Nabath, et in peccatis ejus quibus peccare fecerat Israel, ut irritaret Dominum Deum Israel in vanitatibus suis.

27. Reliqua autem sermonum Amri, et prælia ejus quæ gessit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel?

28. Dormivitque Amri cum patribus suis, et sepultus est in Samariâ. Regnavitque Achab filius ejus pro eo.

29. Achab verò filius Amri regnavit super Israel anno trigesimo octavo Asa regis Juda, et regnavit Achab filius Amri super Israel in Samariâ viginti et duobus annis.

30. Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu Domini, super omnes qui fuerunt ante eum;

31. Nec suffecit ei ut ambularet in peccatis Jeroboam filii Nabath: insuper duxit uxorem Jezabel, filiam Ethbaal regis Sidoniorum; et abiit, et servivit Baal, et adoravit eum;

32. Et posuit aram Baal in templo Baal quod ædificaverat in Samariâ,

33. Et plantavit lucum, et addidit

conjuraton et de sa tyrannie, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

21. Alors le peuple d'Israël se divisa en deux partis: la moitié du peuple suivait Thebni, fils de Gineth, pour l'établir roi, et l'autre moitié suivait Amri.

22. Mais le peuple qui était avec Amri eut l'avantage sur le peuple qui était avec Thebni, fils de Gineth, et Thebni étant mort, Amri régna seul.

23. La trente-unième année d'Asa, roi de Juda, Amri régna sur Israël; son règne fut de douze ans, dont six à Thersa.

24. Il acheta la montagne de Samarie de Somer pour deux talents d'argent, et il y bâtit une ville qu'il appela Samarie, du nom de Somer, auquel avait appartenu la montagne;

25. Amri fit le mal devant le Seigneur, et les crimes qu'il commit surpassèrent encore ceux de tous ses prédécesseurs.

26. Il marcha dans toute la voie de Jéroboam, fils de Nabath, et dans les péchés par lesquels il avait fait pécher Israël, pour irriter le Seigneur Dieu d'Israël, par ses vanités et ses mensonges.

27. Le reste des actions d'Amri, avec les combats qu'il donna, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

28. Amri s'endormit avec ses pères, et fut enseveli à Samarie, et Achab, son fils, régna en sa place.

29. La trente-huitième année du règne d'Asa, roi de Juda, Achab, fils d'Amri, régna sur Israël. Achab, fils d'Amri, régna donc sur Israël à Samarie, et son règne dura vingt-deux ans.

30. Achab, fils d'Amri, fit le mal devant le Seigneur, et surpassa en impiété tous ceux qui avaient été avant lui:

31. Il ne se contenta pas de marcher dans les péchés de Jéroboam, fils de Nabath; mais il épousa Jézabel, fille d'Ethbaal, roi des Sidoniens; il alla, et servit Baal en l'adorant;

32. Il mit l'autel de Baal dans le temple de Baal qu'il avait bâti à Samarie,

33. Et il planta un bois; et, ajoutant tou-

Achab in opere suo, irritans Dominum Deum Israel super omnes reges Israel qui fuerunt ante eum.

34. In diebus ejus ædificavit Hiel, de Bethel, Jericho; in Abiram primitivo suo fundavit eam, et in Segub novissimo suo posuit portas ejus, juxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Josue filii Nun.

COMMENTARIUM

VERS. 1. — FACTUS EST AUTEM SERMO DOMINI AD JEHU FILIUM HANANI CONTRA BAASA (1). IN

(1) Or, le Seigneur adressa sa parole à Jéhu, fils d'Hanani, contre Baasa, et il lui dit, etc. Nous voyons ici un prophète qui est envoyé de la part de Dieu à un prince impie, pour lui déclarer de quelle manière il punirait son impiété en détruisant toute sa maison. Et ce prophète songe seulement à accomplir la volonté de celui qui l'envoyait, sans se mettre en peine du mal qui pouvait lui en arriver. Il parle à ce roi avec la même autorité que Samuël avait parlé autrefois au premier de tous les rois d'Israël, et lui déclare que puisqu'après avoir été élevé de la poussière sur le trône, il avait marché sur les traces de Jéroboam, Dieu traiterait sa maison comme celle de ce prince ingrat, dont il avait embrassé l'impie; que ceux de sa race qui mourraient dans la ville, seraient mangés par les chiens, et que ceux qui mourraient à la campagne, seraient dévorés par les oiseaux. On est étonné d'entendre un homme parler à un roi si librement et si fortement, et l'on est peut-être moins étonné de voir ce roi traiter Dieu avec un si grand mépris, et insulter si hautement à la piété. C'était cependant le même Dieu qui parlait à Baasa par la bouche de son prophète, et que Baasa traitait avec tant d'outrage en lui préférant les idoles. Mais on craint et la colère et la puissance visible d'un prince qui tue le corps, et l'on ne craint point la justice sans comparaison plus rigoureuse, quoiqu'invisible, de celui qui punit éternellement et le corps et l'âme. Qu'heureux sont ceux à qui Dieu daigne parler par la bouche de ses ministres, comme il faisait autrefois par la bouche des prophètes, puisque les menaces qu'il leur fait leur sont des avertissements salutaires, qui leur doivent inspirer, comme aux Ninivites, l'amour de la pénitence ! Mais que malheureux sont ceux qui, au lieu d'entrer dans une sainte colère contre eux-mêmes, lorsqu'ils entendent parler les prophètes et les ministres de Dieu, tournent leur fureur, ainsi que ce prince dont nous parlons, contre les prédicateurs de la vérité, comme s'il était en leur pouvoir d'empêcher l'accomplissement de ce qu'on leur dit, en fermant la bouche à ceux qui leur parlent. Et c'est néanmoins ce qu'on a vu arriver souvent, non seulement dans le temps de la Synagogue, comme Jésus-Christ le reproche aux Juifs par ces paroles : Jérusalem, Jérusalem qui tués les prophètes et qui lapides ceux qui sont envoyés vers toi ! mais encore dans le temps de la loi nouvelle, où la vérité ne trouve guère

jours crime sur crime, il irrita le Seigneur Dieu d'Israël plus que tous les rois d'Israël qui avaient été avant lui.

34. Pendant son règne, Hiel, qui était de Béthel, bâtit Jéricho; il perdit Abiram, son fils aîné, lorsqu'il en jeta les fondements, et Ségub, le dernier de ses fils, lorsqu'il en posa les portes, selon que le Seigneur l'avait prédit par Josué, fils de Nun.

fine præcedentis capituli actum est de regibus Israel, qui Jeroboam consecuti sunt. Nunc idem sacer historicus institutum persecuitur, et ne obscurior fiat regum Juda institutus sermo, qui cum regum Israel plurimum narratione contextitur, alios adducit reges Israel, qui *σὺν γένει* fuerunt Asa, et non solum animis, sed etiam studiis, et castris adversarii. In fine legimus Baasa nihil meliorem Jero-boamo extitisse, sed licet ab ejus dissideret partibus, eosque ad mortem usque hostiliter oppugnaret, ab illius tamen non recessisse vestigiis, sed fovisse impietatem constanter, quam in gentem sibi creditam Jeroboamus invexerat. Quare sicut Ahias Silonites extinguendum esse dixit Jero-boami nomen cum familia, sicut etiam nunc missus à Domino Jehu filius Hanani eadem prædixit Baasa illiusque familiae, ac posteris infortunia. De hoc Jehu, nisi hoc loco, nihil in Scripturâ sacrâ legimus. Illud certum, fuisse prophetam, quia, ut vides, afflatus à Domino futura prædixit: certum item non fuisse illum Jehu, à quo lib. 4 Regum Israel: nam et ille filius dicitur esse Josaphat filii Namsi, hic autem Hanani, quem Baasa, ut statim dicemus, propter acerbum nuntium interfecit. Creditur autem filius esse Hanani illius prophetae, qui regi Asa lib. 2 Paral. cap. 16, durum à Domino pertulit nuntium, propter quod in nervum dicitur esse compactus. Ita Abul. q. 2, et Lyra, Dionysius et Hugo.

VERS. 2. — PRO EO QUOD EXALTAVI TE DE PULVERE (1). Beneficiorum commemoratio plu-

d'accès chez les pécheurs qui aiment leurs propres désordres, et où elle est regardée par eux comme une ennemie qu'ils s'efforcent d'étouffer. (Sacy.)

(1) Quo pacto Deus impium et usurpatorem extulit, atque principem constituit populi sui Israelis? An ignoramus, ipsum se Baasam ad regnum prodicione, defectione, et cædibus evexisse? Quâ verò ratione Israel nomen sibi promeretur populi Dei, quem turpiter ad eum deseruerat? Nihilominus verum est, imperium omne Deo acceptum referri, et Baasam, pro-

rimum auget immemoris atque ingrati animi crimen. Quare Deus cum aliquem severius reprehendit, oblata prius beneficia sæpius amplificat. Sic per Samuelem Saulem, per Nathan Davidem, per Ahiam Silonitem Jero-boamum, per Hanani Asa; sic nunc Baasa gravi beneficiorum commemoratione compungit. Cui quia pro gratiâ et humili obsequio, inductâ aut instauratâ religione novâ, injuriam rependit, talia minatur infortunia, qualia nuper ipsius Baasa manu Jero-boamus pertulit. Neque verbis fides, aut pondus abfuit: nam brevi eandem tam ipsi, quam posteri fortunam sunt experti, quam illis propheticum indixit vaticinium. Illud, *exaltare de pulvere*, extremam significat conditionem illius qui ex pulvere excitari dicitur; in pulvere enim sedere dicuntur miseri, abjecti, sordidi, quique extrema naturæ patiuntur incommoda. Existimo dicendi modum haud dubiè proverbialem, ex eâ consuetudine sumptum esse, quâ sponsa fingitur esse in pulvere, aut puerperii sanguine relicta, et inde excitata à sponso, et ad regium usque thalamum provecta. Quâ de re nos pluribus ad illud Cant. cap. 8: *Sub arbore malâ suscitavi te*; et multò accuratius in c. 16 Ezechielis et lib. 4 Reg. c. 2, ad illud: *Suscitavit de pulvere ege-num*.

VERS. 3. — EGO DEMETAM POSTERIORA BAASA (1), ET POSTERIORA DOMUS EJUS. Sententia non obscura: tantum enim significatur hæc dicendi formâ, quæ adagialem item habet speciem, neque diuturnam in Baasa familiâ futuram esse fortunam regiam, imò neque longam domus, aut amplam futuram successionem; ita ut brevi ingrata, atque immemoris domus extinguatur nomen, quod homines omni studio atque operâ æternum esse cupiunt. Metaphora difficilis non est; sumitur enim à plantâ, et à

ditorem licet, hominum interfectorem, et sceleratum, ad Israelis solium Numine volente ascendisse, vel saltem illo permittente, qui imperia distribuit, et omnia in gloriam suam convertit. Scimus denique, Israellem, impium licet, nunquam tamen penitus à Deo abjectum fuisse. Misit ad illum identidem Deus prophetas, prodigiis interdum suis illi favit, atque inter impiorum turbam plurimos tamen sibi fideles servavit, qui genua ante Baalem non posuerunt. (Calmet.)

(1) Id est, posteritatem Baasæ. Ad litteram: *Demetam reliquias Baasa*, vel imas usque radices evellam; vel: *Aduram posteriora Baasa*. Quæcumque ex eo reliqua fuerint, comburam igne; denique, posteritatem ejus delebo. (Calmet.)

vite, præsertim, quæ ramos circumquaque diffundit, qui instar habent filiorum. Sanè à vite, seu plantâ multa ad familiæ, generisque propagationem desumuntur. Primum, sicut in vite germinatio palmitum, sic in familiâ fecundâ, soboles propago nominatur. Deinde stirps ex quâ rami pullulant, et crescant, nomen dedit generi, ex quo familia propagatur. Sanè familia Israel usque ad mare dicitur extendisse palmites suos, et propagines suas usque ad mare. Dùm ergo dicuntur posteriora Baasa, et, quod per epexegetim in eandem sententiam iteratur, posteriora domus ejus demetenda, nihil aliud dicitur quam nullam ex eâ familiâ futuram esse posteritatem; et sicut plantam stirpitus, sic domum Baasa funditus esse delendam. (1)

(1) VERS. 5. — SCRIPTA SUNT IN LIBRO VERBORUM DIERUM REGUM ISRAEL, PUTA IN DIARIIS ET ANNALIBUS REGUM ISRAEL. (Corn. à Lap.)

VERS. 6, 7. — Baasa donc dormit avec ses pères. Mais Jéhu, ayant déclaré à Baasa ce que le Seigneur avait prononcé contre lui et contre sa maison, Baasa, qui en fut irrité, tua ce prophète. L'Écriture, après avoir rapporté la mort de ce prince impie, reprend tout d'un coup ce qu'elle avait omis, et témoigne que ce roi n'ayant pu souffrir la liberté du prophète, le fit mourir avant lui. Voilà sans doute deux morts bien différentes, et qui doivent exciter en nous des sentiments bien opposés. L'un meurt comme Jésus-Christ mourut depuis, pour avoir péché la vérité, et l'autre meurt dans l'impie et dans l'impénitence de son cœur, comme ceux dont Jésus-Christ même dit qu'ils devaient mourir dans leur péché: *In peccato vestro moriemini*. On voit aisément quelle est celle de ces deux morts qui est la plus estimable. Mais le cœur ne suit pas toujours en cela le choix de l'esprit, et comme il y a très-peu de personnes qui imitent la sainte générosité de ce prophète, il y en a, au contraire, un très-grand nombre qui imitent l'impénitence de ce prince, et qui meurent dans les péchés où ils ont vécu. C'est peu de louer le zèle désintéressé de ces grands hommes de Dieu, qui ont satisfait à leur devoir sans craindre la mort, si l'on ne demande à Dieu quelque étincelle de ce feu céleste dont ils étaient embrasés. Mais c'est peu de chose encore que de détester l'impie de ce prince, qui fit tuer un prophète après avoir foulé sous ses pieds le culte de Dieu, si l'on ne déteste aussi l'impie qui se cache très-souvent au fond du cœur de ceux mêmes qui font une profession ouverte du christianisme, lorsque ne pouvant souffrir la vérité qui tend à détruire les passions secrètes qui les possèdent, ils étouffent au dedans d'eux-mêmes tout ce qui pourrait troubler la paix criminelle dont ils jouissent. Et cependant l'on peut dire que l'intention du Saint-Esprit, en nous rapportant ces circonstances de la vie des rois d'Israël et des prophètes, n'a pas été seulement de nous donner lieu d'admirer le zèle des uns, et de condamner la conduite impie des autres;